

EXAMEN SYNTAXE
OS IN ORATIONE DO-
minica.

OZha nash, pater noster. Adiectiuum pronominis, nash, & substantiuum, Ozha, conueniunt genere, numero & casu. Sunt enim generis masculini, Numeri singularis, casus vocatiui. pagina 1.

Ozha kèr, pater qui, Relatiuum, kèr, conuenit cum antecedente substantiuo, Ozha, genere & numero. Sunt enim Generis masculini, Numeri singularis, & relatiuum, kèr, sequenti verbo respondet casu, pagina 1.

Kèr si, qui es, hic verbo substantiuo, si, respondet relatiuum, kèr, nominatiuo casu. Quia uerbum substantiuum, si, quemadmodum & apud latinos, ante & post se, nominatiuum requirit. Vt hic expressum ante se, kir, alterum uero implicitum in verbo substantiuo, si, ubi etiam obseruandum uenit relatiuum, kir, uel integrum, kateri, omnium personarum uerbis rectè addi posse, pagina 11.

Si vnebesih, es in cælis, Prepositio v̄ affixa, annectit uerbo, si, suum casum, tanquam copula, uide de prepositione hac, pagina 16 3.

Tvoje jime, Tuum nomen. Adiectiuum pronomen, tvoje, conuenit cum substantiuo, jime, eodem genere, numero & casu. Sunt enim Generis neutri, Numeri singularis, Casus uerò nominatiui, pag. 1.

jime

jime bodi polvezhenu, *nomen sanctificetur, Verbum personale finitum*, bodi polvezhenu, *antece- dit nominatiuus, jime, similis numeri & persona. Sunt etenim, numeri singularis, & persona tertia, addo etiã eiusdem generis, videlicet, neutri, pag. 11.*

Tvoje Krajlestvu, *Regnum tuum, Adiectiuum & substantiuum conueniunt genere, numero & ca- su, pag. 1.*

Pridi knam, *veniat ad nos, verbum, pridi, abso- lutum, adiscit datiuum, vi prepositionis affixæ k, pagina 158.*

Tvoja volja, *tua voluntas, Adiectiuum, tvoja, construitur cum substantiuo, volja, eodem genere, numero & casu, hoc est, sunt generis fæminini, nu- meri singularis, casus, nominatiui, pagina 1.*

Volja se isjidi, *voluntas eueniat (fiat). Nom: volja precedit verbum personale, se isjidi, impera- tiui modi, tertia persona, pag. 9.*

Kakòr vnebi, *sicut in cælo, scilicet (fit) Aduer- bium, kakòr, verbo subintellecto, fit, subiicitur: Deinde prepositio affixa, v, construitur cum Dati- uo, nebi, in loco significante, pagina 163.*

Taku na semlji, *sic (scilicet fiat in terra) Aduer- bium, taku, refertur ad subintellectum verbum, (fi- at,) se isjidi, prepositio, na, annectit casum, semlji, datiuo casu, etiam verbo subintellecto, pagina 54.*

Daj, *Verbum secunda persona, dissimulato nomi- natiuo, ponitur, pagina 9.*

Daj

Daj nam, *da nobis, Verbum concedendi, daj, constructur cum datiuo, nam, pagina 21.*

Daj danafs, *Da hodie. Adverbium temporis presentis, danas, cohaeret cum verbo, daj pag. 54.*

Daj, nash vřakdanji kruhi, *Da nostrum quotidianum panem. Hic variat Slavonica constructio, à latina. Nam manifestè apparet. Verbum, daj, habere post se nominatiuos tres, qui latine per accusatiuos efferuntur. Absurdum sanè esset, si sic ad verbum redderes latine. Da noster quotidianus panis. Si verò reddis, Daj nam nashiga vřakdanjiga kruha, sensus erit, te saltem partem vel aliquid de pane petere. Proinde obseruare hoc, in presentis formula & similibus, licet. Rectè poni casum post verbum, rectum, cum totum significatur. Accusatiuum verò, quoties pars innuitur. Idq; in Masculino genere & Neutro.*

Daj inu odpušti, *da & remitte, Coniunctio, inu, coniugit similes modos, in verbis, daj, & odpušti, Quia utrumq; est imperatiui modi pag. 55.*

Odpušti nam, *Remitte nobis, concedendi verbum, odpušti, adsciscit datiuum, nam, pagina 21.*

Odpušti nash dolge, *remitte nostra debita, Verbi, odpušti, actio transit in duos accusatiuos, nash dolge: quorum prior personam, posterior autem rem significat, pagina 26.*

Nafhe dolgé, *debita nostra*, *Adiectiuum & Substantiuum*, pagina 1.

Kakôr mi odpushamo : *sicut nos remittimus*, *Aduerbiu*, kakôr, *cohaeret cum verbo*, odpushimo, pagina 54.

Mi odpushimo, *nos remittimus*, *pronomen Mi*, *Emphaticos causa preponitur verbo*, odpushimo, *prima persona*, pagina 9.

Odpushimo nashim dolshnikom, *remittimus debitoribus nostris*. *Verbum*, odpushimo, *concedendi vel commodi habens significationem*, *construitur cum datiu*, nashim dolshnikom : *quæ duo, habent adiectiu* & *substantiu concordanti-*
am, pagina 1.

Inu nevpelaj nafs. *Et ne inducas nos*. *Coniunctio*, inu, *nouam orationem superiori attexit* pagina 55.

Nevpelaj, *ne inducas*. *Verbum imperatiuum secunde persone*, ponitur, *dissimulato pronomine*, Tu, pagina 9.

Neupelaj nafs, *ne inducas nos*. *Verbum transitiuum*, Neupelaj, *adsciscit accusatiuum*, nafs, pagina 19.

Neupelaj v'skufhnjave, *ne inducas in tentationem*. *Verbum*, neupelaj, *habet post se Accusatiuum cum prepositione affixa v'*, pagina 163.

Tamazh, *sed*, *Coniunctio Aduersatiua*, *diuersam sententiam à superiore infert*, pagina 55

EXAMEN SYNTAXEOS.

Reshi, libera. Verbum secunda persona, ponitur sine expresso pronomine, Ti, pagina 9.

Reshi nats, libera nos. Accusatiuus, nats, postpositus, verbo actiuo, Reshi, pagina 19.

Reshi naf od slega, libera nos a malo. Prepositio, od, annectit verbo, Reshi, ablatiuum, slega, pagina 102.

Sakaj, Quia, Coniunctio causalis. Nouam orationem hoc est, causam, superiori annectit, pagina 55.

Krajlestvu je tvoje, Regnum est tuum. Verbum substantiuum, je, ante & post se, sua natura, requirit nominatiuum, pagina 11.

Krajlestvu inu muzh, Regnum & potentia, Coniunctio coniungit similes casus, pagina 55.

Muzh inu zhalt, potentia & gloria, est eadem ratio cum iam precedente, pagina 55.

je vekoma, est in secula, Aduerbiuum, vekoma, a vedèn, id est, semper, vel vezhèn, perpetuum, subicitur verbo substantiuo, je, pagina 54.

Amen. Assenerandi vox, certè vel certum, significans. Vbi subintelligendum verbum substantiuum, est, vel simile quiddam pag. 54.

DE METAPLASMI

QUIBUSDAM SPECIEBUS IN
Carniolana lingua vsitatis.

Aphæresis, *ut* : mu pro njemu, illi. ga pro nje-
ga, eum ikum. jo pro njo, illam. nu pro inn, &c.

Syncope, *ut* : Bom, bosh, pro, Bodem, bo-
desh, ero, eris. Ozha, pro Ozheta, patrem.

Paragoge, *ut* : dokler, pro dokle, quandoqui-
dem. Item, kakòr pro kako, quemadmodum, sizer,
pro size, aliàs.

Apokope, *ut* : lubit, pro lubiti, amare. pisat,
pro pisati, scribere. me. pro mene, Me. Item, te,
pro tebe, Te. Se, pro sebe, Se. Bo, pro bode, erit.

Antistichon, *ut* : kakòr pro kakur, o, litera
pro u. Quemadmodum, Bug, pro Bog, u, litera,
pro o. Moj, pro muj: Tvoj pro tvuj. Quæ omnia
& similia multa, studiosis & excultoribus lingue
Slavonica, obseruanda committo, hæc pauca, mo-
nendi causa annotare volui.

DE PROSODIA

SEU ACCENTU.

Plena ratio Elevandi deprimendique sylla-
bas, tradi hîc non potest: tamen interim
hæc oblierventur.

1. Monosyllaba dictio, nullo signata tono, acu-

tum habere intelligitur, ut, jest, ego. Vejm, scio. Gdu, quis. Si verò in ea syllaba vocalis rapidius pronuntianda erit, gravis accentus nota signabitur, sic: pèr, ad vel apud, kàr, quid, tàr, &, quoq;.

2. Dissyllaba dictio, in prima intelligitur habere acutum, ut: delam, laboro, pishem, scribo. Secus, erit ultima eo signanda accentu, ut, vajlám, valeo. Predám, vendo.

3. Polissyllaba dictio intelligitur habere accentum in autepenultima, ut, delamo, laboramus, delate, laboratis, delajo, laborant. Si verò secus ceciderit, suo loco erit notandus acutus tonus, ut: velímo, iubemus, velíte, iubetis.

4. Perpetuum hoc erit, ut ubicunq; raptim vocalis offerenda, ut id gravi notetur accentu, ut: pèrprávim, preparo, rèsvészem, solvo.

5. Accentus haud faciliè à themate suo variat seu discedit, nisi id casuum & personarum differentia exigat, ut: vajlám, alh, a, volvo, volvois, vit, in prima intelligitur habere accentum. At, vajlám, álh, á, id est, valeo, es, et, vel in precio sum, habet & servat etiam accentum in ultima, idq; discriminis gratia. Hec pauca monui saltem, si quibus melior ratio magis probatur. per me licet. Saltem hoc volo, ne temerè quid & sine ratione fiat.